BEDA VENERABILIS. PASSIO THOMAE ARCHIEPISCOPI CANTUARIENSIS. VITA CATHARINAE
Österreich, 12. Jh. Seite 105r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26370
Copyright: Admont, Benediktinerstift



v. synodos beatorum ac dominorum acceptabilium patrum, idem qui in nicena congregati
fuerant ccc.x. et viii. contra arrium impussimum. et eiusdem dogmata, et in
constantinopoli c.l. contra uesaniam macedonii et eudoxii. et eorum dog
mata, et in epheso primo ducentorum contra nequissimum nestorium et eius
dem dogmata, et in calcedone dc. et xxx. contra euticen. i nestorium
et eorum dogmata, et iterum in constantinopoli quinto congregati sunt concilio.
in tempore iustiniani minoris contra theodori et theodorici et ybe
epistolas et eorum dogmata, contra cyrillum. et paulo primo. et synodus que facta
in urbe roma in tempore martini pape beatissimi. in dictione
viii.va imperante constantino pussimo anno nono. suscipimus et glori
ficamus dominum ihesum xpm sicut isti glorificauerunt. nichil addentes uel sub
trahentes, et anathematizamus corde et ore quos anathematizauerunt.
et quos susceperunt suscipimus, glorificantes dominum patrem sine inicio. et
filium eius unigenitum ex patre genitum ante secula. et spiritum sanctum procedentem
ex patre et filio inenarrabiliter, sicut predicauerunt hii quos memorauimus
super sancti apostoli. et prophete. doctores, et nos omnes subscribimus quicumque theodoro
archiepiscopo fidem catholicam exposuimus. · XVI ·

Intererat huic synodo pariterque catholice fidei decreta firma
bat uir uenerabilis iohannes archicantor ecclesie sancti apostoli petri et abbas
monasterii beati martini, quinuper uenerat romam per uissionem
pape agathonis duce reuerentissimo abbate et episcopo cognomi
ne benedicto, cuius supra meminimus. Cum autem idem benedictus
construxisset monasterium brittannie in honorem beatissimi apostolorum
principis iuxta ostium fluminis iuuri. uenit romam cum cooperatore